



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Ego murus, & ubera mea turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem  
reperie[n]s,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

**Psal. 19.**

**RVPE. IN CANT. CANT. CAP. VIII**  
avis secundum similitudinē cedri, ligni odoriferi  
atq; imputribilis, iuxta Daviticum illud: Iustus  
ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplica-  
bitur. Sunt em̄ multa dona gr̄arū, q̄ ualeāt & suf-  
ficere possint illis, qui etiam si cupiant, palmam  
martyrii non attingunt. Quid ad hęc illa?

**¶** Ego murus, & ubera mea turris, ex quo  
facta sum coram eo quasi pacem reperiēs,

**Ubera me  
a turris.**

**¶** Et est sensus. Primo qd̄ tpe cum iam alloquē-  
da eē, & de nostra fide secundum charitatē tu-  
am respōdere inciperē, paruula eram sicut dicit  
dilecte mi, & ubera non habebam: sed nunc &  
murus sum, & ubera sunt mihi, nō qualiacunq;  
sed sicut turris. Processu nanq; t̄pis uenerunt  
scriptores mei, cōfortati sunt interpretes mei, le-  
gēq; ac prophetas totumq; uetus pariter ac no-  
uum testamētum in linguas, maxime gr̄cā &  
latinam, de uno hebraicæ linguæ repositoio trā-  
stulerunt, & ecce spiritu & litera fortiter instru-  
cta sum, habēs etiam de meis, q̄ mihi nati sunt,  
filijs doctores & explanatores luculētos utrius-  
q; testamēti. Propterea dixi, Ego murus, & ube-  
ra mea sicut turris. Nō autē hoc ex me, sed ex  
gratia dilecti. Propterea & istud subiunxi. Ex  
quo facta sum coram eo quasi pacē reperiēs, id  
est, ex quo p̄ fidē accepi p̄ctōrū remissionē. Nam  
extūc propter ipsum qd̄ & credidi pacē reperi,  
& reconciliata sum deo p̄ mortē dilecti mei filii  
sui, & ex eo proficiēs atq; succrescēs, istā quoq;  
gr̄mā cōsecuta sum, ut nihil mihi desit de scriptu-  
ris utriusq; testamēti, et ecce ubera mea sicut tur-  
ris, q̄ nihil cōtra possūt pagani, Iudæi, hæretici,